pro quibus quidem summis pecuniariis praefatus Andreas
Korzenski cum successoribus suis neque filias suas et Maria
successores eorundemque citatus extra iurisdictionem suam quan-
cunque competentem recedendo coram Castrensi Capitanali Premi-
sliensi officio in quovis citationis termino tanquam peremptorio
stare parere Andreae ac pro praefatis summis eadem
omnibus exceptionibus, convictionibus, praescriptionibus, prorogati-
onibus, motionibus, appellationibus earumque prosecutionibus
ac quietationem aliam non factam, vera vel simplici infirmitate
actione pro maiori iuris regalibus poena terrarum marcarum et
triplici poena ac aliis omnibus quantum dilationibus, legali-
bus impedimentis iurisque omnibus remediis in partem
rerectis tociens quociens opus fuerit satisfacere cum suis suc-
cessoribus tenebitur. Nulla praecedente terminum in prae-
missis obstante.

Rolia arendat Starzechowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castrensibus Premisliensibus Nobilis Nicolaus Rola mente et cor-
pore sanus existens a terris districtibus iuribusque suis quibusvis
propriis recedendo suique bona sua et successores iurisdictioni
praesenti Castrensi Premisliensi quoad infrascripta tantum in-
corporando sponte per expressumque recognovit. Quia bona
tenutae suae videlicet villam Brzeczicz quae habet a Generoso Al-
berto Starzechowski succamerario terrae Leopoliensis in
summa Trecentorum florenorum prout actis praesentibus obligat
cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singu-
lis fructibus, proventibus, utilitatibusque universis nil exci-
piendo eidem Generoso Alberto Starzechowski succamerario pro summa
certa pecuniae iam ab ipso totaliter recepta de qua prae-
sentem eundem quietat, hinc ad festum sanctae purificationis vir-
ginis proxime venturum arendavit et in arendam inscripsit
et iam sibi exnunc in bona praefata cedit et admisit realem
intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem terrestrem
quemcunque. Et sic idem praefatus Albertus Starzechowski
coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus personaliter
stans a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis re-
cedendo sponte recognovit. Quia bona praefata sibi modo praemissi
arendata non alio iure nisi vigore praesentis arendae tenebit habe-
bit et possidebit ad decursum praefati temporis. Post expi-
rationem vero arendae praefatae bona eadem libere dimittet
in quae praefatus Rola intromittet vel successores intromitta-
bunt et nullam per se violentiam facit et facient. Cui in-
scriptioni praefatus Albertus Starzechowski cum suis successoribus
contravenire non debet sub vadio in originali inscriptione contento.

Actum in Castro Praemisliensi feria quinta post festum
Purificationis beatae Mariae Virginis proxima Anno domini
Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto coram Generoso Victo-
rino Kowalski Vicecapitaneo officio et actis. 4/II.

Dembienski donat Gladisz

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Pre-
misliensibus Generosus Nicolaus Dembienski de Brzegoczin filius olim Ge-
nerosi Joannis Dembienski de eadem Brzegoczin tenutarii Vormicensis in
... a terris et districtibus ac iuribus suis quibusvis pro-
priis recedendo suique vero praesenti Castrensi Premisliensi iurisdictioni successores
ac bona sua convertendo quoad actum praesentem in toto incorporando et
subiciendo mente et corpore sanus existens non compulsus nec coactus ...
amicorum suorum salubri consilio sponte libere per expressumque reco-
gnovit. Quia bona sua videlicet totam et integram medietatem liberam
Curiae in Civitate Cracoviensi sub muro eiusdem civitatis inter Curias
dominorum de Thenczin ex una et dominorum Gromaskow ex altera par-
tibus sitam et iacentem videlicet medietatem suam haereditariam
ab omnibus oneribus debitis, vinculisque liberam cum omni iure dominio
et proprietate et cum omnibus eorundem bonorum attinentiis et pertinentiis atque
generaliter universis utilitatibus ex eadem Curia modo quocunque provenien-
tibus videlicet prout eandem solus tenuit habuit et possedit ipsumque con-
cernit, nihil iuris dominii et proprietatis ac quorumvis usufructuum
et utilitatum in eisdem bonis medietate Curiae sibi successoribusque
suis reservando et excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in
specie comprehensis Generoso Sebastiano Gladisz de ...
affini suo ductus erga ipsum amore et successoribus eius in toto de-
dit donavit, perpetuoque et in aevum inscripsit et resignavit. Dans
et admittens eidem iam exnunc coram officio praesenti in bona praefata dona-
ta realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per mini-
sterialem terrestrem illius terrae et districtus in quo bona praefata
consistunt quemcunque sibi duxerit ad intromittendum per officium prae-
sens iam exnunc additum, per ipsum Sebastianum Gladisz et successores
eius bona praefata donata cum omni prout expressatum est iure dominio
tenendum, habendum, possidendum pro usuque suo et successorum suorum meliori
et utiliori perpetuo convertendum. Et debet ac tenebitur idem Nicola-
us Dembienski et se praesentibus cum successoribus super omnibus bonis
suis inscribit et obligat eundem Sebastianum Gladisz et successores
eius contra praedecessorum bonorum donatorum ab omni quavis impetitione
iuridica et extraiuridica omnibusque damnis et impedimentis
quarumcunque personarum sexus status ac conditionis cuiuscunque ex-
istentium, ab omnibusque iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus,
debitis, vinculis, exemptionibus, advitalitatibusque cuicunque personarum
super bonis praefatis factis et fiendis, et generaliter ab omnibus oneribus
tociens quociens opus fuerit, tueri, defendere, intercedere, liberare
pacificare bonaque praedicta munda et libera facere sub damnis